



**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1570

VD16 W 1048

Homilia CXXI. Et uenit tertio, ac dicit eis: Dormite quod superest & requiescite: Sufficit, uenit hora, ecce traditur filius hominis in manus peccatorum. Surgite eamus: ecce qui prodit me, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

Porro discipulos videamus, quid illi Christo orante & cum mortis terroribus luctante, fecerint. Discipuli Christo orante dormierunt. Venit ad illos (inquit Marcus) & inuenit illos dormientes. Panceris verbis illorum oscitantiam perstringit, qui paulo ante inter canendum tam magnifice & liberaliter operam suam Christo polliciti fuerant. Nec enim leuis ille somnus fuit, sed semel & iterum, imò tertio excitati, dormire tamen pergit, & oculos ita grauatos habent, vt illi ne respondere quidem possint. Facit tamen ad crimen mixtum, quod Lucas illos præ merore obdormuisse dicit. Et solet meror somnum inducere: quod singulare Dei beneficium est, qui ita cauet, ne tristitia & animi anxietate toti absorbeamur. Interim obseruamus hoc loco, quod sic carnis ingenium. Dormit ferè & stertit, dum Christus quam maxime affligitur. Differunt tamen hic pij ab impijs. Illi enim inuid alacres sunt, & zelo Dei feruntur, postea autem periculorum pondere obruti obstupescunt, dum se humanis viribus et consilijs nihil proficere vident. Impij vero nulla vel Christi vel membrorum ipsius cura tanguntur, dummodo ipsis bene sit: eorum similes, quos propheta in lectis eburneis securos distendi & comessari dicit, dum Ioseph Amos & affligitur. Sunt hæc diligenter obseruanda, ne spem & fiduciam in hominibus collocemus, qui aut non possunt aut nolunt iurare: sed in vno Deo, qui non dormitat, nec vnquam eos negligit, qui ipsius curæ se commiserunt. Si enim in presenti Christus, cum maxime angeretur, ad discipulos rotas reuersus est, & illorum salutem sibi tantopere cordi esse ostendit: num illum hodie curam suæ ecclesie deposuisset putabimus, quando illa eius protectione cumprimis opus habet? Simul verò obseruabis, Christum non distimulare hunc discipulorum soporem, sed illum non sine exprobratione arguere. Nam ad Simonem Petrum conuersus, illius confidentiam, qua se prius extulerat, perstringens ait: Simon dormis? non potuisti vnã horam vigilare? Vel vt Mattheus annotauit: Adeo non potuisti vna hora vigilare mecum? Vides ergo ipsam quoque, carnis infirmitatem reprehensione dignam esse, nedum estrenam peccandi licentiam. Accensantur discipuli, quod merore oppressi officium negligerent. Quid ergo de illis fiet, qui hodie inter acerbissimas membrorum Christi afflictiones securi belluantur, corantantur, sudunt, aut etiam thesauros ingentes per fas & nefas congerunt? Audiamus ergo Christi admonitionem, & nobis dici putemus, quod discipulis dicitur: Vigilate, & orate ne introeatis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Est enim zelo magno pij ferantur, subito tamen remoram grauem sentiunt ex carne, si quando pericula ipsos propius vrgent. Vigilemus ergo o fratres & oremus assidue, vt tentationibus omnibus superiores facti, olim cum Christo Iesu viuamus & regnemus: cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

HOMILIA CXXI.

Et venit tertio, ac dicit eis: Dormite quod superest & requiescite: Sufficit, uenit hora, ecce traditur filius hominis in manus peccatorum. Surgite eamus: ecce qui prodit me, appropinquauit. Et statim adhuc eo loquente, adest Iudas, qui erat unus de duodecim, & cum eo turba multa cum gladijs & fustibus à principibus Sacerdotum, & Scribis, & Senioribus. Dederat autem is, qui prodebat eum, commune signum eis, dicens: Quecumque osculatus fuero, is est: comprehendite eum, & adducite tutò. Quum igitur uenisset, statim accedit ad eum, dicitque ei: Rabbi, rabbi, ac deosculatus est eum. Illi uero iniecerunt in eum manus suas, & prehenderunt eum.

Quemadmodum Dei filius Iesus Christus dum pro peccatis nostris afflictus est, exemplum Argumentum simul præbuit, cuius vestigijs nos insistere conuenit: Ita in discipulis ipsius exemplum proponitur, qualis soleat esse caro nostra, si quando pericula grauiora imminet. De illis dictum, quod inter canendum alacres & confidentes se vitæ etiam periculum pro Christo adituros esse promiserint. At idem ubi Christum ad montem oliueti maximis angustijs premi, & præ anxietate sanguinem sudare vident, subito merore superati dormiunt, nec multis admonitionibus excitari possunt, vt officium faciant. Ita qui optimi sunt & zelo Christi aguntur, magnifice quidem sibi de semetipsis pollicentur, qualis soleat esse caro nostra, si quando pericula grauiora imminet. De illis dictum, quod inter canendum alacres & confidentes se vitæ etiam periculum pro Christo adituros esse promiserint. At idem ubi Christum ad montem oliueti maximis angustijs premi, & præ anxietate sanguinem sudare vident, subito merore superati dormiunt, nec multis admonitionibus excitari possunt, vt officium faciant. Ita qui optimi sunt & zelo Christi aguntur, magnifice quidem sibi de semetipsis pollicentur.

licentur quando in tuto sunt omnia: ut primum vero pericula prater omnem expectationem accidant, metu & terroribus absorpti nec officij sui nec propriae salutis satis memores esse videntur. Quae causa est, quod cum illis aliquando durius agit Deus, ut super eum istum ipsi excutiat. Sequitur ergo, ut dormientibus discipulis supervenerit Iudas cum sua cohorte, atq; Christus ab hostibus comprehensus sit. Qui locus nostri seculi moribus probe convenit, ut exemplo hoc admoniti vigilemus, et hostium Christi dolos & insidias discamus subterfugere.

Christus dormientibus discipulis hoste ceu agito monstrat

Venit Christus Dominus ad discipulos suos tertio, & tunc quoque dormientes invenit. Et quoad monitionibus suis & paternis hucusque nihil profecerat, nunc Sarcasmo acerbiori (pro se marcedonem) illos pungens ait: Dormite quod superest, & requiescite. Quasi diceret: Agite, quando sic labor pergitur, ut vultis, & si quid vobis otij & temporis superest, illo ad somnum & placidam quietem veni. Sed res ipsa quid fieri debeat docebit, & hunc vobis veterum excutiet. Et mox verbum dicit, quid velit, admonet. Sufficit (inquit) & satis hucusque dormitum est, venit iam hora illa, scilicet, quam mihi pater constituit. Ecce nunc filius Dei traditur in manus peccatorum. Surgite ergo, utamus executum quod pater decrevit. Ecce enim prope ades, qui me prodit. Et hoc grandis verbum, & ut multum differri ad lamentis & querelas, quas nuper audiuimus, sic non obicitur a habet oblatione simul & diuinitatis argumenta. Nouit enim quaecumque euentura sint, & quia sic patrem velle videt, absq; ulla contradictione cruci obuiam procedit.

Verberibus excutatur, qui uerba non audiunt.

At imprimis obseruandum est, quid eos maneat, qui aut securi nimis stertunt, aut stupore capti pericula imminencia non vident, & nec Dei verbo nec pijs amonitionibus sese excitari patiuntur, ut euigilent & officium faciant. Incidunt tales in pericula improuisa, & verberibus quodammodo excutantur, cum verba negligant. Quod enim hic discipulis accidit, ut per Iudam aperios Christi hostes expergesiant qui Christum audire noluerunt, hoc ipsum non semel multis alijs accidit. Dormiebant olim in officio suo Iudaei, & nec sacra diuinitus sibi tradita, nec verba morum, praecepta religiose obseruabant. Surgebat mane Deus (sicuti scriptura ait) & illos a seclib; reuocando officij admonerat. Cum autem illud nequiequam faceret, tandem Chaldaei aduersus illum magnum suum seruum Nabuchodonozorē, qui longa obsidionis terrore, et postea horribis verberibus & templi conflagrantis fragore pestilentem illum somnum ipsis excussit. Idem primis temporibus ecclesiae accidisse, non vno loco historiae testantur. Accommodemus haec nostro seculo, quod ad istos mores eandem disciplinam postulant. Est enim Deus verbi sui lucem ex singulari gratia accendit, pleriq; tamen hac contempta vitij & corruptissimis studijs indormiunt. Excitant iam nos alicuiusmodi Dominus per verbi praedicationem, qua vitia nostra corripuit, officij admonuit, et penam denuntiavit, quae penitere nescios maneat. Nec verbo tantum monet, verum etiam prodigijs & varijs excitat. Et haec non vana esse, cor vndiq; pericula testantur, quae ecclesijs incumbant. At terribilis esse videtur multorum socordia, qui perinde ac si res omnes in tuto essent, & admonitiones & pericula negligunt, & in peccatis suis quotidie pergunt, aut saltem non seriam suam salutem curant. Quid ergo aliud expectemus, quam iustum & omnipotentē Deum nobis quoque, immittentibus hostes sui nominis, qui vel inuitis somnum istum excutiant? Nec procul illi absint, sed passim pedes & gladios expediunt, quibus fidei doctrinam excindant. Meruimus nos penas omnes generis.

Quid faciendū instancibus periculis. Isaie 29. Matth. 15. Isaie 1.

Sed non ideo desperandum est, o fratres. Quin vel nunc admittamus Christi consilium, quod in presenti discipulis suggerit. Surgamus è luto peccatorum & studijs vitae nostrae corruptissimis. Praeremus nos ad crucem ferendam, ne hic quoque voluntati Dei reluctemur, quin illi nos obuii sit. Opem vero ipsius imploremus ardentissimis precibus, nec ore modo & labijs, sed toto corde illi appinguemus. Iungamus precibus patientia studijs feruimus, ne ex illorum numero simus, qui manibus sanguine plenas ad Dominum attollunt. Singuli deniq; officium faciant, ne instruto sanctissimis & conprimis necessario quisquam defuisse videatur. Faciunt hic quae olim Iudaeis periculis accidit. Duo per solem praecipit, his verbis: Conuertimini vsq; ad me in toto corde vestro, in ieiunio, fletu et lacrima. Et seindite cor vestrum, & non vestimenta vestra, & conuertimini ad Dominum Deum vestrum. Item: Clangite tuba in Zione, sanctificate ieiunium, indicite eam, congregate populum, sanctificate caeterum, congregate senes, colligite puerulos & lactentes. Egrediatu sponsum de cubiculo suo, te caeterum, congregate senes, colligite puerulos & lactentes. Egrediatu sponsum de cubiculo suo, te caeterum, congregate senes, colligite puerulos & lactentes. Quod si quem nec rei huius Quibus verbis & priuatae & publicae penitentiae rationem complectitur.

Ioel. 2.

has, nec
lis suis
theatri
fieri sol
sunt, v
Nū er
pius ma
est ipsi
do sim
Lo
Quo lo
Nam q
annes e
illuc cū
& temp
hominū
negotij
Iude a
sui ord
cominū
ad Pila
tum eg
Roma
negotij
ro istor
ueri a
Attam
sam ha
sunt. E
dixim
Trab
hos re
sciplin
eo quo
affectu
Christi
dum e
ruendū
Philij
mus)
gener
D
tionib;
dum e
so res
nocer
res ag
tū su
pugn
ramin

stas, nec propria salutis cura excitat, saltem hostium studio & industria moneatur. Videmus ut bul-
 lis suis Romanus Papa non suos modò Italos, verum etiam exterâs nationes ad penitentiam illam
 cbeatricam hortetur, & supplicationes publicas instituat. At hoc olim à maioribus ipsius tunc ferè
 fieri solitum fuisse constat, quando vel apertum bellum, vel proditioes occultas aduersus pios moliri
 sunt, ut regnũ suum, seu potius tyrannidem, stabilirent. Et hodie illos idem moliri, res ipsa testatur.
 Nũ ergo nos ab illo industria & studio superari patiemur? Annon hic quoq; antistites ecclesiarũ &
 pios magistratus aduigilare decet, ut quod olim à sanctissimis regibus, Ezechia & Iosia factitatum
 est, ipsi quoq; efficere studeant? Quod si hęc negligetiores simus, non est dubium, quim idem aliquan-
 do simus sensuri, quod hęc discipuli non sine scandalo experti sunt.

Loquente enim adhuc Christo venit Iudas, & cum eo turba multa cum gladijs & fustibus, &c. Qui & quales
 Quo loco primũ obseruabis, qui nam fuerint omnes isti, qui ad Christum capiendum uenerunt, uenerint ad
 Christum ca-
 Nam quod hęc paucis dicitur, alibi diligentius & quasi per suas species Euangelista exponunt. Io-
 piendum.
 anes enim sic scribit: Iudas cum accepisset cohortem, & à Pontificibus ac Pharisæis ministros, venit
 Ioan. 18.
 illuc cũ laeternis, & facibus, & armis. Lucas uerò, Christi, cum caperetur, cũ principibus sacerdotũ,
 Lucæ 22.
 & templi presectis ac senioribus expostulauisse dicit. Fuit ergo turba hæc ex multis & diuersissimis
 hominibus collecta. Primatum in ea tenuerunt principes sacerdotum & seniores ecclesie, quos totius
 1. Sacerdotes
 negotij auctores fuisse, supra audiuimus. Et credibile est, aliquos illius ordinis delectos fuisse, qui
 & seniores.
 Inde adessent, ne aut remissus aut infidelis ageret. Adduxerunt hi seruos tam suos quàm aliorum 2. Serui.
 sui ordinis, qui iam pridem heris suis adulari, & in re quans seruire assueuerant. Ne quid autẽ pro-
 comuni Iudaorum more, seditiose contare uideantur, cohortẽ militum seruis suis coniungunt, quã 3. Milites.
 à Pilato preside acceperint oportet. Ad hæc ex templi presectis aliquos asciscunt: quem magistra- 4. Presecti
 tum ego à Romanis institutum fuisse arbitror. Quia enim templum instar municipalis arcis erat, templi.
 Romani eius curam presectis quibusdam commississe uidentur, ne Iudei illo occupato presectibus suis
 negotium facerent. Et uox Græca & παρρηϊός magistratum hunc militare fuisse innuit. Omnium ue-
 ro istorum dux sue antestiphanus fuit Iudas pseudoapostolus. Fecerunt itaq; isti multum inter se di- 5. Iudas.
 uersi ac dissimiles, primò quidem gente, deinde professione aut uitæ genere, postremò etiam religione.
 Attamen in capiendo Christo conuenire possunt, eo quod omnes impij sunt, & Veritatis lucem exo-
 sam habent. Docent autem ista, qui nam omnibus seculis Christi & Euangelij ipsius hostes futuri
 sint. Et hęc quidem primatum habituros semper falsos antistites, qui religione questum faciunt, alibi
 diximus. Inueniunt hi facile seruos, id est, feruiles ingenij homines, qui ipsis turpissime adulantur.
 Trabunt deinde in partes suas reges & principes, quorum auctoritas illos tuos & quasi sacrosan-
 ctos reddit. Accedunt postremò pseudochristiani, qui uel avaritia excacati, uel alijs affectibus & di-
 scipline impatientia abrepti, omnia uenalia habent: & hi plerumq; præcipui sceleris ministri sunt,
 eo quod fidelium honores, opes, consilia, et omnia alia optime perspecta habent. Et licet isti omnes pro
 affectuum suorum diuersitate in studia contraria scindantur, in hoc uero tamen illis conuenit, quod
 Christum & doctrinã eius omnes oderunt & oppressam uolunt. Quod in hunc finem nobis obseruan-
 dum est, ne impiorũ distidij fidamus, quasi illa perpetua sint, & proinde nihil periculi ab illis sit me-
 tuendum. Committit quidem illos interdũ Deus, ut ab ecclesia illorum furorem auertat (sicuti olim
 Philisteos Sauli negotium scisse, & Pharisæos pro Paulo aduersus Sadducæos rixatos esse legi- 1. Sam. 23.
 mus) ijdem tamen illi mox consentiunt, & nouis conspirationibus ecclesiam premunt. Exempla eius 2. Act. 23.
 generis hodie multa uidentur, & proinde prudentia & uigilantia diligenti opus est.

Deinde qua ratione & quibus artibus hanc causam isti agant, uideamus. Ante crebris dispu-
 rationibus Christi agresti sunt. At quia his se nihil profecisse uident, nunc uia aperta & armis agen-
 dum esse censent. Interim a stulto consilio magistratum in suas partes trahunt, quasi ipsis cum seditio-
 so res sit, quem publica auctoritate & armis legitimis coerceri oporteat. At tamen omnium maximè
 necet Iudas, qui osculo (quod amicitie symbolum est) Christum prodit. Quia enim nocturna tempore
 res agebatur, & error facile admitti poterat, cõmune signũ ipsis dedit Iudas, dicens: Quicunq; oscula
 eius fuerit, est: comprehendite eum, & abducite eum, &c. Docent ista, quibus armis ferè Veritas op-
 pugnetur. Debetat eius cognitio in articulis controuersis ex scripturis peti, iuxta illud Christi: Scri-
 pturamini scripturas, &c. At quia hypocrisis & impij bas sibi aduersari sciunt, vim parant, & ut magi
 1047. 8.

Qui & quales
 uenerint ad
 Christum ca-
 piendum.
 1. Sacerdotes
 & seniores.
 2. Serui.
 3. Milites.
 4. Presecti
 templi.
 5. Iudas.
 1. Sam. 23.
 2. Act. 23.
 1047. 8.

stratus concitent, ciuiles controuersias fingunt, & doctrinam hanc publicae paci inimica esse clamant. Tunc uero Iuda sese interponunt, qui cum hostibus iam ante quidem conuenerunt, ut erant in
piorum quoque amicos se esse simulant, & proinde pro arbitris & sequestris admitti, ut in actibus
sub amicis praetextu & non sine doloris significatione produunt. Possent exempla commemorare
seculi, sed cum illorum commemoratio odiosa, eade uero omnibus satis nota sunt, ipsi libenter abstinere
minerint tamen horum qui ecclesijs & rebus publicis praesunt, ne stulti a credulitate & se & se
missos in periculum coniciant. Qui uero ista faciunt, se Iuda imitari cogitent, cuius iudicium etiam
subibunt, nisi mature penitent. Idem priuati quoque homines obseruent, quibus uoluptas est Iuda
figere, dum obreclationibus & calumnijs eos circumueniunt, quorum amicitiam proficiunt, et

Imperij nunquam metu hanc sunt

Imperij nunquam metu hanc sunt demus, quando illis omnia ex voto succedere uidentur. Patet hoc primo ex eo, quod falsitas & mendacitas instructi exeunt ad capiendum Christum, qui praeter inbellem & inermem discipulorum turam comitatum nullum habebat. Imo ne sic quidem se tutos fore arbitrantur, nisi militum cohortes adungant. Deinde Iudas quoque nobis exemplo est, qui illos tam studiose monet, ut capere non possint, & caute, vel circumspecte ducant, ne forte manibus ipsorum elabatur. Quae enim alia huius aduersionis causa est, quam quod sibi meruit, etiam si non Pontificum modo auctoritate, sed Romanorum praesidio stipatus & munitus incedat? Nouerat enim quantum esset diuina uirtutis potentia in Christo, & non semel uiderat, quam misericorditer medijs hostibus elapsus esset. Timet ergo, ne quid simile hic etiam contingat. Eadem est impiorum omnium fors, qui uti uoluerint in successibus suis, & sibi ipsis triumphare uideantur, intra animos tamen suos conscientiarum roribus excruciantur, & omnia sibi infesta esse putant.

Mat. 3. Luc. 4. Ioan. 8. &c.

affectuum uis magna.

Vbi simul elucet, quanta sit affectuum uis, si quando illis frenae laxentur. Est enim Iuda in Christo metuat, vincit tamen metum hanc avaritia, quae simul praepropriae reuerentiae & omnia hominum carnis sensum illi excussit. Na non contentus hostes in horum adduxisse, & istae Christi ementis praedisse, insuper in conspectum illius sese inferre, in illius collum ruit, osculari, & praepropriae suae magistrum, quem osculo prodebat. Sunt haec admodum horrenda, & uinam solus Iudas praedisse, & non hodie etiam multi huius similes reperirentur, qui mundi studijs fascinati, ueritatem quae tam deserunt, & non modo hanc, uerum etiam conuulsissimos amicos & patriam diligissimos manissimos tyrannis produunt. Coereamus ergo affectus nostros, & principijs obstemus, ne quatenus etiam ipsi incurabiles efficiamur.

ut Christus se gesserit quando aspicebatur.

Restat ut uideamus, qualem in his omnibus sese praebuerit Christus Dominus. Qui laesus et haec anne & Mattheo sariendus erit. Primo post preces factas fortis iam & impeterrimus hostibus suis obuiam progreditur, & ne illorum salutem negligat, diuina potentia specimen praebet. Dum enim Iesum Nazarenum abs se quari dicunt, se eum esse faceret, & simul illos occultis ueritatibus praesternit, ut intelligant, quo cum ipsis res sit. Deinde ad Iudam conuersus illum amice, & non pro acerbissimi doloris significatione admonet. Amice (inquit) ad quid ades? Iuda, osculo filium hominum prodebat? Amice dicit, ut pristinam conuersationem & accepta beneficia in mentem reuocet. Et Iesus grauiter perstringit, dicens: Ad quid ades? Quasi dicat: Quorsum o miser tendis? quid haereticus est? quod uis, te caeca & insatiabilis cupiditas abripuit? Adeo ne & tu ipsius & Dei obuiam, ut filium hominis, quem uidem Dei filium esse non ignoras, prodebe ausis, & quidem osculo, quo solum te officij admonere poterat? Postremo iterum hostes alloquens ait: Si me quaeritis, scite, quod abiit: & hoc uero uerbo discipulos tuetur, ne quid in illos hostiliter committant. Admonuit Iesus Christi exemplo, primum quatenus indulgendum sit infirmitati carnis: eo uis que nimirum, per ipsum simus, quando ita postulat necessitas, & ne eos negligamus, quos nostra fidei Deus conuertit. Deinde non timendos esse mortales homines ipsi, qui Christum saluatorem habent. Apparet enim in loco, quanta illius fides sit erga suos, & quam magna in illis defendendis & liberandis potentia. Est enim undique ab hostibus crudelissimis premeretur, discipulos tamen non neglexit, & eos in uero dicto ex hostium manibus eripere potuit. Num ergo nunc illum suam ecclesiam negligamus, aut in illa tuenda minus posse putabimus, postquam corpore suo in caelum subuectus: omnem potestatem in caelo & in terra accepit, & nobis spiritum dedit, qui nostra cum Deo reconciliatorem &

is arbabo est certissimus? Vide Matb. 23. 2. Corinth. 1. 5. Ephes. 1. & c.
 Postremo incurabilis impiorum contumacia hic obseruari debet. Etsi enim Iudam verbis effica- Cōtumacia im-
 cissimis admonet, reliquos vero etiam supinos profernat, tamē & ille pergit in conceptu scelere, & piorum incur-
 hi rursus in pedes erecti illum comprehendunt, & capto vincula iniiciunt. Damnatur ab omnibus bilis.
 hac illorum pertinacia. At quoties d' boni nos quoq; per Dei verbū intra animos nostros conuincimur?
 quoties vel morbis vel alijs calamitatibus sternimur? & tamen quasi amisso omni sensu ad priora
 studia redimus. Obseruemus hanc carnis nostræ corruptionem, & vigilemus. Consolationem vero pe-
 tamus ex Christi vinculis, quæ ille in eum finem sustinuit, vt corruptæ naturæ et peccati vincula sol-
 ueret, nosq; affereret in libertatē filiorum Dei. Hanc ergo tueamur indefesso studio & precibus assi-
 duis, simulq; illius exemplo patienter feramus si quando propter ipsius nomen vel vincula vel carce-
 res, vel etiam mortem subire oporteat. Sui enim merito hæc omnia consecrauit Dei filius: cui debe-
 tur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

HOMILIA CXXII.

Vnus autem quispiam astantium educto gladio ferijt seruum Pon-
 tificis, & abstulit eius auriculam. Et respondens Iesus, dixit eis: Vt in la-
 tronem exiitis cum gladijs & fustibus ad cōprehendendum me. Quo-
 tidie eram apud vos in templo docens & nō comprehendistis me. Sed
 ut impleantur scripturæ. Tunc relicto eo, omnes fugerunt. Et quidam
 adolescentulus sequebatur eum, circūamictus sindone super nudum:
 Et prehenderunt eum adolescentuli. Ipse uerō derelicta sindone, nu-
 dus effugit ab illis.

Pergit Euangelista Marcus in describenda capti & vinculi iam Iesu Christi historia, & in præ- Argumentū &
 senti tria narrat, quæ singula considerationem diligentissimam merentur. Primum ex his est usus præsentis
 Petri inconsulta temeritas, qui ne promissis suis deesse videretur, Christum armis defendere cona- loci.
 tus est, magna quidem (vt videtur) animi alacritate, sed euentu planè ridiculo. Secundò vt Chri-
 stus cum hostibus suis egerit, & cū illis de vi iniusta expostulauerit, narratur. Tertiò discipulorum
 fuga describitur, qui vt suæ vitæ consulere, Christū deseruerunt, sicuti ipse euenturum ante prædi-
 xerat. Seruiunt hæc nostræ institutioni & consolationi multiuariam. Docent enim quā infelix sit
 nostræ confidentiæ exitus, nisi Dei spiritu & verbo gubernetur. Deinde patientiam Christianam in-
 stituunt, & quæ vera sit huius exercenda ratio. Præterea carnis infirmitatem arguunt, & ne illius
 sensu absorbeamur aut desperemus, monent. Insunt & alia multa eius generis, quæ in singularum
 partium tractatione consideranda venient.

Principio Petrus produciunt, quem inter cœnandum reliquis discipulis confidentiorem fuisse au- Petrus pugnat
 diuimus, quando se cum Christo mortis periculum adire velle pollicitus est. Nunc verò cōmuni di- Gladio.
 scipulorum exemplo extrinsecus, aliquid maius audendum esse arbitrat. Nam vt Lucas scribit,
 vndiq; in Christum ruentibus aduersarijs, exclamant illi: Domine, percutiemus ne gladio? Cuius
 que stionis occasio illis fortassis ex eo perita est, quod Christus illos iussisset venditis vestibus gladios
 emere, ita nimirum imminenti periculi magnitudinem exprimens. At nihil illis respondente Chri-
 sto, alij quidem manus abstulisse videntur, Petrus verò reliquis feruentior gladium stringit, in ho-
 stes armatos inuolat, & Pontificis seruo quem Ioannes Malchum vocat auriculam abscidit, &
 mox à Christo corripitur, qui itidem hosti vulnerato auriculam miraculose restituit. Quo loco per-
 sone, quæ hic produciuntur, singula aliquamò diligentius considerari debent.

Et primò quidem Petri exemplo docemur, quales sint, qui carnis zelo aguntur, bono quidem & Exemplum eo-
 sancto, sed non secundum scientiam, vt Paulus de Iudæis loquitur. Quod Christus facere iusserat, & rum, qui zelo
 quod absque periculo, & non sine ingenti commodo fieri poterat, nō facit Petrus, sed partim merore carnis aguntur.
 subito, partim somnolentiæ superatus stertit. Nunc verò ad facinus audacissimum spontè profilit, Rom. 10.
 quod & Christus nunquā mandarar, & quod absq; manifesto periculo nō poterat tentari. Solus enim